✠

PRO CONFRATERNITATE Sanctorum Petri, & Bernardi ciuitatis Maioricarũ.

CONTRA

Don Petrum Raimundum Zaforteză, Regium procuratorem eiusdem ciuitatis, & Regni.

QVOD Sententia vltimo loco lata per Regiam Audientiam Maioricarũ, ad relationem Doctoris Raimundi Veri, Regij Consiliarij, contra dictam Confraternitatẽ, virtute Regij rescripti, seu instauratoriȩ à Regia Maiestate, dicto don Petro Raimundo concessæ; debeat omni modo nulla declarari, vel saltẽ reuocari, ac declarari, causam instaurari non potuisse, nec debuisse, nec Regiam Audientiam aduersus rem aliàs iudicatã, & in rem iudicatam transactam senten-

tiam proferre, manifestissimū fiet, si vltra in hac causa deducta ad infrascriptos iuris articulos, quos nouiter pro parte dictæ Confraternitatis adducemus, attentê animaduertatur.

Primò itaque fundabimus virtute Regij rescripti non potuisse, nec debuisse hanc causam iam decisam, & in rem iudicatam transactam instaurari.

Secundò probabimus, minus potuisse, nec debuisse Regiam Audientiam primam sententiam ad fauorem Confraternitatis latam vllo modo reuocare, nec in melius commutare quinimò annullata penitus, & reuocata vltima sententia per Regiam Audientiam in contrarium lata, debet dictus don Petrus ad restitutionē omnium inde acceptorū, & in expensis vtriusque instantię condemnari.

Primus articulus.

QVanuis Regia Maiestas posſit causas instaurare, & reuisionem aduersus rem iudicatam concedere de plenitudine potestatis, cap sua nobis, de appellatio. vbi Anton. de Butrio, Ioann. de Imol. & Bald. l. quoties, & l. rescripta. C. de precib. Imperat. offerend. vbi Bald. & in l. final. C. sentent. rescind. non poss. ex num. 1. vsque ad num. 7 l. ex causa. §. 1. ff. de minor. Paul. de Castr. in l. cum heredes. ff. de acquir. & cons. 179. Donatio prædicta, vol. 1. Alexan. cons. 77. num 4. vol. 2. Gregor. Lopez in l. 25. tit. 23. part. 3. & de iure Regni, est text. in l. 4. titu. 24. part. 3. ibi: *Fueras ende si el Rey le quisiesse hazer merced como señor.* Nihilominus tamen hoc non trāsit sine difficultate, nam contrarium voluit text. in l. final. C. sentent. rescind. non poss. & in l. fin. C. si contra ius, vel vtilitat. public. & de iure communi legitima non subsistente causa, absolutê voluerunt Francisc. Bursa. cons. 78. per totum, volum. 1. Aluar. Valasc. consult. 51.

Achil.

Achil. Personal. de iud. q. 10. & alij quāplures ab eis re lati, qui omnes cōcludūt, sine legitima causa cōcedi nō debere, & esse valdè odiosum, & de iure prohibitū, vt testatur Francisc. Bursat. d. cons. 78 num. 7 cum seq. & num. 23. volu. 1. vbi rationem reddit, ibi: *Ne aliter ordinando suprema Principis authoritas deprimatur, deturque materia futuris temporibus attentandi similia, lites perpetuandi, definita per Principes, elusoria reddendi, quod omnibus absonū est, vt homines sub verbo, & Principis fide decipiantur*, prout in terminis fere nostris de deneganda Audiētia, seu sententiæ reuisione per plura consuluit Card. Paris. videndus cons. 118. volum. 1. vbi num. 15. ad propositum ita loquitur, ibi: *& vere ne dum absurdum, & absonum esset admittere ipsum ad prædicta remedia, vel ipsorū aliquod quinimò eundē circa istorū aliquod audire, nil aliud esset, nisi lædere, minuere, ac deprimere supremā authoritatē, & dignitatē ipsius illustris Ducis, & Principis, & ipsius iurisdictioni derogare, & consequenter dare materiam, & aditum successiuis temporibus similia attentandi, & appetendi lites, & eas prorogare, & illis finem, & terminum nunquā imponere, & reddere gesta, & decisa per illum illustrem Principem illusoria, & vt in futurum minimè obseruarētur, quæ quantum contraria sint iuris dispositioni æquitati, honestati, & bono publico quisque animaduertere potest.* Nec conceditur per simplex rescriptum, vt voluit Bal. in d. cap. sua nobis, c. 3. de appellat. vbi tenet, quòd Princeps tertiam appellationem concedere non potest per viā rescripti, sed bene posset per viam priuilegij ex certa scientia, & tunc suæ literæ debent esse signatę bulla priuilegij, nisi esset clausula non obstante, quia talia rescripta præsumuntur elicita per importunitatem, & fraudem, quod dicit esse menti tenendum, idem in simili voluit Paul. de Castr. in l. militem. C. de procurat. vbi voluit, quod rescriptum contra publicam vtilitatem tanquam

quam subreptitium nō valet, per text. in l. nec damnosa. C. de precib. Imperat. offer. quem refert & sequitur Mandel. Albens. cons. 776. num. 24. volum. 3. Bursat. d. cons. 78. num. 4. volum. 1. vbi alios allegat pulchrè Zasius videndus cons. 10. lib. 2. vbi latissimê resoluit, non posse Principem contra rem iudicatam, etiam ex plenitudine potestatis, & certa scientia aliquid rescribere, vt patet ex num. 18. cum pluribus sequentibus, & nu. 28. tenet eiusmodi rescripta ex importunitate concedi, ex text. in l. 1. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10. ibi: *Sed quoniam plerumque ita in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione cōstringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, nec rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis loci aliquid relinquatur*, & in l. 1. C. de fundis, Limotroph. lib. 11. vbi precationes huiusmodi furtiuas nominat, & potentia eorum, qui instant extortas, & alia plura ad propositum congerit, quinimò nec etiā motu proprio Principis concedi posse voluerunt nonnulli relati á Francisc. Bursat. d. cons. 78. num. 4. vol. 1.

At noster casus longê facilior est, nam non fuit per Principem concessa instauratio causæ, sed sola facultas iudicibus data, cognoscendi, ac decernendi, an de iure causa instauranda foret, vt patet ibi: *Tenore præsentium de nostra certa scientia deliberatè, & consulto, vobisque dicimus, committimus, & iubemus, quod vocatis partibus præfatis, recognitoque negotio, & supplicatis prædictis, si ex eisdem, & alijs coram vobis deducendis, videbitur causam prædictam iure fore instaurandam, illam instauretis, & in integrum restituatis, prout nos, eo casu ipsam, seu ipsius instantiam, de nostra Regia potestatis plenitudine instauramus, & in integrum restituimus:* quare debuerunt prius domini de Regia Audientia diligenti examine causas petitæ instaurationis excutere, simulque decernere, an illę legitimę existerent ad instaurationem concedendam: quod vtique si fecissent, facilê

intel-

intelligerent, nullam deductam, nec subesse causam instaurationis, seu restitutionis in integrum concedendæ, quandoquidem nihil de nouo â parte aduersa deductũ fuit, præter deducta in prima instantia, propter quod dici potuisset ius aduersarij minoris non fuisse plenè defensum, quod equidem necessarium, ac pręcipuũ fuit ad instaurationem obtinendã nam sola absentia, vel minor ętas non sufficit, nisi etiam debita defensio deficiat, vel negligentia, ac læsio interueniat, vt est text. expressus in l. nam & postea. §. si minor ff. de iur. iurand. & ibi omnes notant, & latê tradit Cephal. cons. 348. num. 17. & seq. lib. 3. Portius Imola cons. 134. num. 3. Corneus cõsil. 50. num. 3. volum. 3. Sfortia Oddo, cons. 17. numer. 3. cum sequentib.

Nec negligentia D. Annæ de Villalonga auię, & tutricis dicti D. Petri Raimundi Zaforteza, propter quã supplicationis causa deserta declarata fuit, sufficiẽs fuit ad restitutionem concedendam, nisi etiam apparẽs grauamen, & iniquitas sententiæ doceatur, nec etiam absentia ex causa Reipublicæ in expeditione militię, nam si sententia fuit aliâs iusta, vt infra dicetur, desertio supplicationis potius bonę fidei, ac solertiæ curatricis, quã negligẽtię, vel incuriæ adscribendum est, ne sumptibus & expẽsis frustratorijs minoris patrimonium grauaret: nam tutor, qui iniustam litem nomine minoris prosequitur, tenetur ad omnia damna, interesse, & expensas, Ias. in l. omnibus. §. si procurator, nu. 21. ff. si quis ius dicẽti non obtemperauer. Bart. in l. si se non obtulit, nu. 1. ff. de re iudicat. Capell. Tolosa. decis. 40. & ibi Stephan. Aufrer. in additio. Dueñas reg. 275. num. 8. in verb. Executio. limitat. 8. Ruin. cons. 1 num. 23. volum. 3. Marant. in suo Specul. 6. part. in. 3. & vltimo actu, numer. 38. & Borgrin. Caualcan. de tutor. & curat. num. 49. Quare negligentia tutricis in casu, de quo agitur, allegari nõ potuit ad iustificandam instaurationem, nisi insimul cum

ca præiudicium, & damnum allegaretur, vt patet ibi: *Ob quod grauissima damna passus fuit, & omninò indefensus extitit*: quæ tamen damna, & defensionis defectus minimè in facto probata fuerunt: ideoque impetratis gaudere non potuit, namque ad ipsum impetrantem spectat probare ea, quę expresśit, quia quando impugnatur rescriptum ex eo quôd impetrãs aliquid falso asseruit, onus probandi veritatem assertorum impetranti imcumbit, vt est doctrina Ioan. Andr. in cap. 1. de litis cõtestat. in 6. quam Abbas sequitur in cap. constitutus, de rescript. in cap. fin. col. 4. de præsumptio. Cardin. cons. 69 quoad primum, col. fin. notat Calder. cons. 10. de probatio. Oldrald. cons. 256. Clemens Episcopus Ret in terminis videndus, omnes pręd ictos allegat cõsil. 198. num. 4. & in materia assensus, voluit Marin. Frecia in tractat. de subfeu. lib. 2. q. 26. vbi voluit, quod ea, quę narrantur Regi dum supplicatur pro assensu, debet probari in causa, per text. in l. pręscriptione. C. si contra ius, vel vtilitat. public. vbi Bald num. 20. vbi, quod debet exprimi causa, & qualibet facti causa, nam gratia concessa intelligitur, si preces veritate nitantur, cap. 2. de rescript. & demum hæc verba subdit, ibi: *Cautus ergo debet esse, qui petit aßensum, vt non interserat multa, quæ probare non potest, assensus est dispensatio, quæ à vẽto ex leui fraude conteritur, & prosternitur*. Bal. cõs. 204. longum thema in fin. volum. 3. vbi dicit, quod rescriptum, quod medetur vulneri, oportet, quod vulnus detegat, ita quod appareat rescribentẽ intellexisse illud clarê, & specificê, & statum causę, aliâs non intelligitur dispensatum, vt in cap. 2. de filijs presbyter. in 6. & in l. 2. ff. de natalib. restit. & in cap. dilectus filius, de rescript. Crauet. cons. 794. num. 24. & 26. vol. 5. Ludouic Gozad. cõs. 9. num 23. & 24. Anchar. cõs 241. ex tenore priuilegij. num 2. Ias. cõs. 127. num 8. vol. 4 & Oldrald. cõs 81. num. 5. vbi inquit, quod taliter est facienda expresśio,

vt

vt per eam plenè possit instrui Præsidens, vt possit prædicta pensare, aliàs non dispēsatio, sed disipatio poterit nō immeritò nuncupari, quod etiam asserit Crauet. cōsil. 135. num. 43.

Cum itaque pars aduersa, ea, quæ Regis Maiestati exposuit, non probauerit, meritò carere debuit impetratis, præcipuè, quia allegata absentia ex causa Reipublicæ in expeditione militię pro Regio seruitio, licet vera fuerit, non tamen ad rem conducit, quandoquidem illa fuit multo post tempus rei iudicatę, in rem iudicatam transactæ, postquam sentētia fuit lata in anno 1583. & in anno 1586. fuit declaratum transactam fuisse in rē iudicatam. & dictus don Petrus Raimundus Zaforteza cœpit abesse à ciuitate Maioricarum post annum 1590 quo hanc Curiam accessit, ac deinde seruitio Regio se applicuit, vnde consequitur seruitium Regium, vel absentiam ex causa seruitij, non fuisse causam desertionis, quę multo tempore ante militiam pręcesserat, & res iudicata suum effectum sortita fuerat, nec Maiestati Regiæ expositum fuit, dictam sentētiam in rem iudicatā transactam viginti ab hinc annis, & vltra, quę omnia, si fideliter exposita fuissent, nō vtique concessionem illā extorsisset, prout fuit sub inuolucro, verborum ad effugiendam deliberatam mentem Principis, propter quā debuit, ac debet nulla impetratio declarari, & consequenter non potuisse, nec debuisse illius virtute sententiam in rem iudicatam transactam rescindi: nam vt eleganter ait Ludouic Roman. consl. 326. num. 12. ad hoc, vt impetratio à subreptione saluetur, nō sufficit exprimi generaliter factum, quod si tacetur, reddit rescriptum subreptitium, nisi etiam exprimatur modus, per quem id factum extitit consummatū, citat glossam notabil. in d. cap. dilectus filius, sub verb Causa, de rescrip. non ergò sufficit narrare factum in genere, nisi narretur specificè modus facti, & qualitas ipsius, refert & sequitur

tur Thomas Grammat. decis.66.nu.19. vbi dicit, quod non euitatur obreptio, si quis per inuolucrum verborum effugiat deliberatam mentem Principis, ita Panormita. post Innoc. in cap cum dilecta, de rescript. Socin. Iun. cons.75.num.88.vol.1 tradunt in terminis Socin. cons.273 in præsenti consultatione, num.12. in fin. vers. Igitur, priuilegium tanquam subreptitium non valet, volum.2. Tiber. Decia. respõs.23.num.45.volum 1. pulchrè Ioan. Bologn. cons.2.num.31.cum sequentib. vbi dicit receptissimum in iure, quod quando narratur aliquod factum, nõ sufficit illud generaliter exprimi, sed est necessè, quod exprimantur omnes circunstãtiæ, quibus illud factum fuit consummatũ; ne sub inuolucro verborum effugiatur deliberata mens Principis, aliàs cõcessio remanet subrepritia, & ipso iure nulla.

Prędicta adeò vera sunt; quòd in quacũque parte cõcessionis interueniat subreptio, vel obreptio; annullatur in totum, vt habetur per Abbatem, & alios communiter in cap. sedes, & in cap. cęterum, & in cap. super literis, de rescript. per text. in cap.1. & 2. de filijs presbyterorũ, in 6. & in cap. ad audientiam, de rescript. & in cap. si motu proprio, cum glos. de præbend. in 6. Augustin. Beroi. cons.88.num.1. volum 1. Grãma. cons.162. num. 10 Bologne d. cõs.2.num.34. & Aymon Crauet. d. cõs. 749 num.29. vol.5.

Idque locum habet, etiam si per ignorãtiam, vel simplicitatem vitiũ subreptionis cõmittatur, cap. si super gratia, de officio delegat. in 6. & d. cap. ad audientiam, vbi Abb. & in d. cap. cęterum, & in cap. ad aures, de rescript. August. Beroi. cons.50.num.72.vol.1. Carol. Rui. cõs.21.num.13.vol.1. & cõs.28.num.14.vol.4. Tiber. Decian. resp.18.num.379.vol.1. etiam si talis ignorãtia procedat ex facto alieno. Capic. decis.32 num.13 Neuizan. inter consilia Bruni, cons.12.num.16. quos ad propositum refert Menoch. cons.1.num.399. volu.1. Bologne-

tus

tus alios referens dict. consilio 2. numero. 34.

Quinimò, quod amplius est, etiam si sanctus sit ille qui subreptitiam impetrat concessionem, est nulla, Baldus in cap. 1. vt lite pendent. vbi talia verba proponit, ibi: *Nam subreptitia impetratio non tenet, etiam si sanctus sit ille, qui impetret, sicut erat hic beatus Thomas Cantuarensis*, refert Ias. in l. qui iurisdictioni. numer. 10. vbi dicit esse perpetuo menti tenendum ff. de iurisdict. omn. iudic. & Aymon Crauet. cons. 103. nu. 17.

Quibus non obstat si dicatur, quod de subreptione non fuit oppositum, nec opponi poterat in Regia Audientia: siquidem respondetur: *Primò*, quòd vitiũ subreptionis non suppletur cõsensu partium tacito, vel expresso, nam gratia nõ emanat principaliter, nec deriuatur à voluntate partium recipiẽtium; sed à voluntate Principis cõcedentis. c. cum olim, iuncta glos. in verb. Circũuentus, de sent. & re iudic. vbi Abb. col. antepen. Aymon Crauet. alios referẽs cons. 592. num. 69. vol. 4. ex quo resultat, quòd concessio subreptitia nõ dat causam prescribend. l. ex initio. C. de fals. per quem ita in terminis voluit Bald. cõs. 300. in fin. volum. 5. refert & sequitur Tiber. Decian. d. respõs. 18. num. 380. vol. 1. Cum itaque Princeps nõ cõcesserit rescriptum de gratia, sed potius de iustitia, quatenus de iure instaurãda foret, & sic nõ solum dubitetur de potestate Principis, sed etiã de volũtate ipsius expressa, quod noluit illam cõcedere, nisi quatenus de iure cõcedenda foret, prout in terminis voluit Dec. d. cõs. 198 nu. 7. ibi: *Non obstat quod Imperator possit tollere dominium, etiam sine causa, saltẽ quando sit quæsitum ex sententia, vt supra dicebatur, quia illud haberet locum, quando constaret de voluntate eius, quòd ita voluisset, ita quod errore ductus non fuisset, & appareret, quod gratiã facere voluißet: secus videtur in casu isto, vbi scribit ad iustitiam prætextu appellationis interpositæ, quo casu nõ est defectus potestatis, sed*

voluntatis cessantis, *vt Bald. declarat in l. rescripta, col. fin. C. de precib. Imperat. offerend.* Quare cum pro parte Confraternitatis oppositum fuerit de sentẽtia in rem iudicatam transacta, quæ clarê intentioni partis aduersę obstaculum faciebat, satis superque visa fuit omnes prędictos defectus, & nullitates aduersus dictã instauratoriam opponere.

Quinimò, cum hęc omnia ex eisdem actis notoriè apparebant, nõ fuit necessaria alia partis allegatio, cum ex sui facie seipsam nullitas ostendit, argum. l. veteris, ad finem ff. de itiner. actuque priuat. Bald. in l ab executione num. 8. C. quorum appellationes nõ recipiãtur, vbi ait, quod quando nullitas est liquida, nõ suspendit, sed statim perimit idem, si incõtinenti liquidetur, vbi Barbat. in additio. ad hoc citat Bar. in l. 1. C. ne liceat tertio prouocar. refert & sequitur Ludouic. Romanus consilio 51.

Secũdò respondetur, quod stante nullitate prędicti rescripti, non solum ob vitium subreptionis, & obreptionis, de quo supra, sed etiam ex eo, quod fuit contra sentẽtiam in rem iudicatam trãsactam, ex d. l. final. C. sent. rescin. nõ poss. & in l. causas, vel lites. C. de trãsact. & in c. exposita, de arbitr. Philip. Dec. d. cõs. 198. nu. 4. vbi dicit, quod in tãtũ hoc procedit, quod licèt cõcedatur rescriptũ, & dicatur nõ obstãte priori sentẽtia, p hoc tamen nõ intelligitur derogatũ sententiæ, quæ in rem iudicatam transiuit, vt notabiliter tradit Alexand. cõs. 94. in causa & lite, in princip. volum 2. vbi dicit, quod exceptio rei iudicatę est tantæ potentiæ, quod impedit litis ingressum cap. 1. de litis contestat. lib. 6. & quod virtus sententiæ nõ dicitur sublata per rescriptum: quia Princeps in dubio nõ præsumitur velle derogare sentẽtię, quę transiuit in rem iudicatam, vt est bonus text. in d. cap. exposita, de arbitr. Imò, nec rescriptum factũ in cõtrarium tenet, nisi in eo esset adiecta clausula, non obstan-

obstāte tali sentētia trāsacta in rem iudicatam. d. l. fin. C. sentēt. rescindi nō poss. & d. l. causas cum ibi notatis, C. de transact. Bald. in l. præscriptione, num. 25. C. si cōtra ius, vel vtilitat. public. vbi quod in vanum impetratur quicquid contra sentētiam, quę rei iudicatę vigorem habet, impetratum fuerit, refert Zasius consilio 10. num. 4. volum. 2. Sed si hoc est in dubio, quid dicendū in casu nostro in quo sua Maiestas, ac supremum eius Consilium noluit instauratoriam, seu restitutionem in integrum aduersus dictam sentētiam simpliciter, nec absolute cōcedere, sed quatenus de iure concedēda foret? Certè nulli dubium est, nō potuisse, nec debuisse Regiam Audientiam virtute dicti rescripti prædictam sententiam trāsactam in rem iudicatam infringere: & consequenter dicendum est, vltimam sententiam ab ea prolatam nullam fuisse tanquam latam contra primam sentētiam in rem iudicatam trāsactam, vt est tex. in l. 1. C. quando prouocar. nō est necess. l. si vt proponis. C. de executio. rei iudicat. Zasius d. cons. 10. nu. 20. volum. 2. Et licet Bar. circa hoc distinguat in d. l. 1. & in l. nam & postea. §. si damnetur ff. de iur. iurand. tamen contra Bart. est communis opinio, & indistinctè Doctores communiter tenent, quòd non valet sentētia cōtra rem iudicatam, vt cōcludit Alexand. in d. §. si dānetur, & Anton. de Butrio cōs. 7. visis processibus, colu. 2. & tradunt Moderni in cap. inter monasterium, de re iudic. per quæ iura ita in terminis concludit Philipp. Dec. d. consil. 198. num. 4. post medium, vbi etiā affirmat, quod nō valeret processus, etiā si nō esset opposita exceptio rei iudicatę, nisi ex processu appareret de nullitate, & iniquitate primę sentētiæ, per ea, quæ tradit Innoc. in c. cum dilecta, de rescript. & in cap. cum Bertoldus, de re iudic. & ibi Abb. & in cap. quoniam contra, de probat. Cum itaque in casu, de quo agitur, nulla iniustitia, vel iniquitas primę sententię deducta, nec inuenta fuerit,

vt

vt in sequenti articulo dicemus, nullibi reuocari potuit, nec debuit, sed potius custodiri, nam vt eleganter voluit Philipp. Corn. cõs. 63. vol. 4. semper standum est sententiæ, nisi per euidentiam facti de eius iniquitate liqueat, refert & sequitur Zasius d. cons. 10. numero. 21. volum. 2.

Prædictorum omnium ratio promptissima est, nã tunc demum supremus princeps, vel etiam ipsius Senatus potest cõtra rem iudicatam rescribere cum clausula, Non obstãte, quãdo sententia est iniusta, & nõ habet fomentum iuris, & rationis naturalis, sed solum rigorẽ iuris ciuilis, & fomentum ipsius propter authoritatem rerũ iudicatarũ, iuxta text. in l. seruo inuito. §. prætor ait. ff. ad Trebellia. prout in terminis voluerunt Cin. in l. rescripta. num. 5. & 8. C. de precib. Imperat. offerendi vbi expressius Baldus numero 14. hæc verba subdit; ibi: *Posset dici, quòd si huiusmodi actio nititur naturali æquitate, quod non possit tolli per rescriptum; quia hoc rescriptum in impetrante, & etiam in concedente inducit peccatum, & sic est contra ius diuinũ, si autem actio non nititur æquitate, sed solo rigore, vt in Chirographo post biennium, & in re indicata contra veritatẽ, tũc credo quod possit rescribere cum clausula, non obstante.* Hoc idem sensit Paul. de Castr. d. cõs. 179. Donatio. col. 2. vol. 1. in fin. ibi: *Tamen adhuc idem dico, quia quæ supra dixi in contrarium possent procedere, quando dominium esset acquisitum per modum iuris naturalis, vel gẽtium: tunc enim Princeps non potest auferre, quod non dedit: argumen. l. si arrogator. §. 1 ff. de adoptio. sed hic acquisitum est per modum inuentum à iure ciuili, vt notatur per gloss. in l. 1. ff. de acquir. rer. domin. Vnde potest Princeps circa illam aditionem, quæ à iure ciuili habet fomẽtum, statuere, quòd non valeat, & quòd pro non facta habeatur, & auferre fomentum dicti iuris, cum ille sit supra illud ius. c. proposuisti, de conces. præben. Non sic potest auferre*

*ferre fomentum iuris naturalis.l.2.ff.de vsufruct. earum rerum,quæ vsu consumunt.*Felin.in cap.ad audientiam el 2.num.4.*vers.*nihilominus attende bene, de rescrip. Carol.Ruin.cons.46.num.16.volum.1. & ita ex prædictis resoluit Anton Gabriel in tit. de iure quæsito non tollend.conclus.1.nu. 18. & nouissimè Petr.Surd. cons. 199.num.24.& 25.

Et ratio est,quia tunc Princeps dicitur potius denegare suum auxilium, quam ius auferre, & facilius lex, aut Princeps suum denegat auxilium, quā ius alterius auferat,secundum glossam in l.1. C. si aduersus venditionem,& in l.assiduis C.qui potior.in pignor.habeat. ita arguit Paul.de Castr.d.cons.179.Donatio. volum.1. & Aymō Crauet.in tractat.de antiq. tēpor. part. 1.nu. 53.vbi pulchrè loquitur,idem respondit Hippolyt. Riminal.cons.13.nu.6.vol.1.& Tiber.Decian.respōs.47. ex num.4. vsque ad fin.vol 1.*Q*uod autem prima sententia in casu nostro fuerit iuri & rationi consona,ac propterea contra eam non potuerit de iure per Principem rescribi,nec per Regiam Audientiam pronuntiari , sequens Articulus continebit.

Secundus articulus.

PRO Resolutione huius articuli examinãda sunt motiua sententiæ Regiæ Audientiæ contra Confraternitatem,vltimo loco latæ, nam si ea in iure, & in facto erronea,& nulla esse ostendemus, iustitia pri mæ sententiæ ab eadem Regia Audientia prolatæ ad relationem Regentis *M*ijauilę , in anno 1583. ad fauorē dictę Confraternitatis dilucidior fiet, & nihil aliud pro victoria eiusdem Confraternitatis desiderari poterit.

Vnicum itaque sententię fundamentum in eo versatur, quod in fideicommisso, quo innititur iustitia di-

ctæ

ctę Confraternitatis,non continētur bona comprehen sa in quadam donatione generali omnium bonorū per eundem testatorem prius facta in anno 1468. inter viuos,contemplatione matrimonij in fauorem Antonij Cerda,eius ex fratre nepotis,& suis successoribus, quæ licet reuocabilis fuerit ad libitum,tam per actum inter viuos,quâm per testamentum,vel vltimam voluntatē, diceturque reuocatam fuisse quoad prædium, de quo agitur ex alia donatione eidem facta sub anno 1480. & reuocatione ipsius in anno 1488.Nihilominus tamē dicta reuocatio,vel non est vera, vel defuit in substantia,& solēnitate,ex quo nō constat de originali, & trāsumptum est informe,& absque authoritate,& solēnitate sumptum,vel est inutilis, ex quo in ea non fit specifica mentio donationis prędictę, prout in ea fieri debebat ex particulari clausula in ea apposita, nec etiam in testamento, & contraria dispositione in eo contenta,& reuocatione aliorum testamentorum prędictę donationis mentio facta fuit,atque ita integra,stabilis, indiminuta,ac firma remansit,& perpetuam firmitatem obtinuit,ac propterea nō potuit testator denuô in testamento facto in anno 1490 de bonis prius donatis disponere,nec grauamen aliquod apponere. Quę omnia vel falsa,vel erronea sunt,& maximam fallaciam continent.

Primô,quia pretensa donatio qualiscumque fuerit, ante quā in lucē prodiret, & in processu exhibita fuerit,& executionem aliquam habuerit â die,quâ recepta dicitur plusquam octuaginta annis occulta,ac sepulta,extiterat:nam donatio dicitur facta in anno 1468. & lis de qua agitur instituta fuit in anno 1548. & multô post ceptam litem fuit presentata, & nunquam fuit quid petitum, vel pretensum virtute asserte donationis,quinimô contrarium eorum,que in ipsa continentur,fuit semper seruatum vsque quo vltima sentētia la

ta

ta fuit in anno 1614. & sic plusquam 146. annis, & bona in donatione contenta fuerunt semper possessa virtute vinculi in testamento appositi, per dictum Gabrielem Cerda testatorem, nõ autem virtute donationis: qui tã diuturnus contrarius vsus omnis donationis vires enervat, etiam casu quo à principio valida extitisset, & penitus falsitatem ipsius ostendit: nam sicut ex obseruatione admodũ in scriptura nõ solẽni comprehensum fides scripturæ additur, veraque in ea expressa pręsumuntur, vt per Aymõ Crauet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. num. 199. & num. 284. & part. 3. num. 43. ad Venetam excusionem, & cons. 65. num. 11 & cons. 105. nu. 4. & plenius cõs. 158. num. 1. & seq. & cõs. 274. num 7. Ita per contrarium quoties effectus scripturæ contrarius obseruatur, falsa eius pręsumenda assertio erit. l. 1. ff. de his, quæ sunt sui, vel alien. iur. l. & si contra, vbi Iason. ff. de vulgar.

Quinimó, si vera fuisset donatio, ei tamen ex actibus contrarijs renũtiatum videtur. l. si filius. ff. de minorib. l. quod in hæredem §. eligere. ff. de tribut. l. sed & si pupillus, §. penult. ff. de institutor. l. fin. §. illud, de diuor. l. sicut patronus. ff. de oper liberto. l. 1. C. de furt. l. fin. C. de codicill. l. 2. & l. si veritas. C. de fideicommis. c. vt quis duas, de electio. lib 6. Clement. gratiæ, de rescript. text. in cap. ex literis, de transaction. in c. ex ore, de his, quæ fiunt à maiori par. capit c. dilecto, de præben. quos tex. in hunc sensum enumerat Capra cons. 77. num. 5. Aym. Crauet. cons. num 3. vbi dicit, renunciatum intelligi testamento per diuisionem illi contrariam, confert tex. in l. si quis ante, & in l. qui bona fide, in princip. ff. de acquir. possess. Roman. consil. 350. num. 13. in 2. dubio. & transactionem perimi per vsum contrarium, voluit Brun. cons. 95. num. 5. per textũ in l. si stillicidij, in prin. ibique Bald. ff. quemadmod. seruit. amittat. idem in laudo non obseruato, scribit Dec. cons. 564. num 7. Pacto

etiam

etiam vsu contrario, vel per decennium derogari, tradit Alexand.conf.18.num 7.volum.1.Idemque iuris est in priuilegio, vt vsu,& id contrario intercidat, testatur Abb.conf.18.num.4.volum.2. Quos omnes refert & sequitur Aymon Crauet.conf.949.numero.15 & 16. volum.5.

At in casu nostro nō solum intercessit cōtrarius vsus donationi,& in obseruātia per decēniū, sed per 146.annos:vnde credibile nō est donationem fuisse validam, nāque si valida extitisset, credi vix potest passuros eos fuisse,quorum intererat virtute testamenti, & vinculi, ea bona possidere.l.cum deindebito.§.1.ff.de probatio. l.sicut.§.nō videtur.ff.quibus mod.pignus,vel hypoth. soluitur,& in cap.super hoc,& in cap.sane,de renuntiation.Bald.in l.1.in vltim.notabili.C. de edict.diui Adri. tollend.Imol.cōs.49.in fine.Itaque sicut verisimilis iuris sui negligētia,& renuntiatio nō est,ita præsumi non debet l.3.§.1.& l.ob carmē.§.si testes ff.de testib.l.quintus ff.de donatio inter virum & vxorem,authēt. licentiam.C.de Episcop.& cleric.Bald.in l.siuê possidetis,in fine.C.de probatio.& alios ad propositum adducit Aymon Crauet d.cōs.949.nu.14.vol.5.

Secundô cōfirmātur prædicta,quia Antonius Saluator Serda,heres Gabrielis,virtute testamenti dicti Gabrielis,& titulo hæreditario, cepit possessionem dicti prædij,tanquam hereditarij,illudque descripsit in inuētario,& tenuit,& possedit ab anno 1491. vsque ad annū 1538.quo illud donauit Matthæo Forteza eius nepoti,ex Eleonora sorore,& sic plusquam 38.annis pacificê, & bona fide,& sic legitimê illud prescripsit, & in simul omne ius,quod alij fratres virtute prætensæ donationis pretendere possent,& signanter D.Eleonora Serda eius soror,â qua pars aduersa descendit,& ius,& causam habere prætendit,quę tempore mortis testatoris,quę fuit in anno 1490.erat nupta Raymundo Zaforteza,nupse-

rat

fat enim in anno 1487. vt patet ex capitulis matrimonialibus exhibitis in primitiuo processu, fol. 44. & erat ętatis annorum 19. dicto anno 1490 vt patet per instrumentum definitionis factæ per dictam Eleonoram in fauorē dicti Gabrielis testatoris, die 22. Maij, dicto anno 1490. in correnti processu fol. 23. & sic post ipsam maiorem factam transierunt triginta duo anni pacificê possessionis dicti Antonij Saluatoris virtute testamenti, & fideicommissi, vsque ad annū 1529. quo donationem facit prædij, de quo agitur Matthæo Zaforteza, ex dicta Eleonora sorore nepote, & sic non solum erat tutus pręscriptione longi temporis 30. annorum, sed etiam lōgissimi temporis sexaginta annorum decursorum, vsque ad annum 1558. quo dictus Mattheus Zaforteza donatarius absens decessit apud Italos, qui etiam fuit possessor bonæ fidei toto tempore vitę suę, & possessio successoris cōiungitur, cum possessione authoris ad pręscriptionem adimplēdam, si illa ex possessione propria, impleta non fuisset præscriptio, l. cœptam. ff. de vsucapion. Dyn. in cap. sine possessione, de regul. iur. in 6. cū vulgar. præcipuê cum donatio facta per dictum Antonium Saluatorem Serda in fauorem dicti Matthęi eius nepotis, fuit cum pacto & cōditione, quod dicto Mattheo donatario sine liberis decedente, prædictum prędium de Bonicaluell reuerteretur ad dictum Antoniū Saluatorem donantem, seu ad dicti donātis hęredes, vt patet ex donatione in primitiuo, fol. 300.

Cum itaque dicta Eleonora soror, nihil in vita sua petierit, & ius, si quod habebat ex dicta donatione penitus extinctum erat ex dicta longi, & longissimi temporis pręscriptione 60. annorum, nihil ad prædictū Petrum Raymundum Zaforteza, transmittere potuit, ac propterea obstabat ei lōgissimi temporis pręscriptio, & consequenter motiuum sentētię Regię Audientię primo loco latę ad fauorē Confraternitatis, quod pręs-

criptum innititur, est iuris, & iustitię plenum, & ineuitabile, & motiuum posterioris sentētię, quod prescriptionem excludit, est erroneum in iure, & in facto, & nullum iuris saporem, nec fundamentum habet.

Ex prędictis etiam infertur erroneum fuisse aliud eiusdē sentētiæ fundamentum, & motiuum affirmans potuisse dictum Raymundum Zaforteza procuratorem dicti Matthęi Zaforteza mutare causam possessionis post mortem illius, & iure proprio virtute donationis prędium, de quo agitur possidere, cum nullum sibi ius competeret, nec ex persona D. Eleonoræ matris, cum ei præscriptio longi temporis obstaret, vt supra dictum est, nec ex persona dicti Matthæi eius fratris, qui cū decesserit sine liberis, prędium virtute pacti in donatione appositi ad ipsum Antonium Saluatorem donātem, & illius hęredes reuerti debuerat, ideoque possessionis causam mutare minimê potuit, nec ex possessione quā simplici nomine procuratorio obtinuit ius, nec pręsūptionem aliquam anterioris possessionis prætendere, cū non suo nomine, sed alieno possederit.

Accedat prędictis, quod dictus Antonius Saluator Serda videns se filios non habere, agnoscens bonam fidem, & post eius vitam dicta bona ad Confraternitatē virtute vinculi peruentura, post dictam donationem de anno 1538. quandam transactionem cum dicta Confraternitate iniuit, qua eidem renuntiauit, & transtulit omnia bona in testamento dicti Gabrielis Sarda Sacrista contenta, & signanter prędium, de quo agitur, vt apparet ex dicta transactione in primitiuo processu, fol. 27. ex quo iustitia dictę Confraternitatis, maximê comprobatur, & roboris firmitate munitur, vt nihil penitus ex dictis bonis ad dictam donnam Eleonoram, & eius descendentes nullo modo deuenire potuerit, vnde ius aliquod ritê, vel rectê prętendere possint, vel sentē-

ti-

tia in eorum fauorem lata per dictam Regiam Audiētiam iure defendi posſit.

Tertio ex alio conuincitur nullitas dictæ donationis, & quod nullum habuerit effectum, quia non fuit ſimplex, & pura donatio, ſed conditionalis hoc eſt ſi donatarius vxorem duxerit, ſecundum voluntatem ipſius donantis, vt patet ex dicta donatione, ibi: *Et vt decenter vxorem cum voluntate tamen mea ducere valeat, dono, &c.* Vnde cum in toto proceſſu non ſit probatum nec deductum prædictum donatarium adimpleuiſſe ex parte ſua dictam conditionem, & duxiſſe vxorem de & cum volūtate dicti donantis, quo ceſſante non potuit aliquid petere virtute dictæ donationis: nam agens ex contractu debet liquidò probare ſe adimpleuiſſe ex parte ſua, Bald. in cap. 1, Qualiter dominus proprietate feudi priuetur, num 10. vbi quod qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, iſta enim natura eſt pænarum ſiue legalium, ſiue conuentionalium, quod niſi petens pœnam probet ex ſua parte debitum implementum contractus à pœnæ petitione repellitur, quia liquida debet eſſe cauſa, vt pœna petatur, vt ff. locati, l. quæro, §. inter locatorem, & notatur, ff. de iure iurand. l. & ſi non fuerit, & in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomin. Porrò in prædictis liquidiſsima debet eſſe probatio, vt ff. de condit. & demonſtr. l. in teſtamento, la primera, & ſi non conſtat de principali, nec etiam de pœnali, & alterato principali non committitur pœna.

Quod procedit etiam ſi in minimo impletum non ſit, Bald. in l. pacta conuēta, in 2. notab. ff. de contrahēd. empt. quam interpretatur ſimul cum l. iuris gētium, §. adeo, ff. de pact. & alij quos citat Crauet. conſi. 648. num. 1 volum. 4. & Iaſ. conſil. 243. volum. 3. Item probat text. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt. Dec. conſil. 119. col. 1. & 2. Mandell. Albenſ. conſil. 591. num.

3. &

3.& 4.volum.3. vbi numer.6.tenet, quod non solum repellitur si constat, eum non adimpleuisse ex parte sua, sed etiam repellitur si est dubium vtrum impleuerit, Corn. consil.344.col.2.volu. 1. & sic prædicta donatio nullum effectum, aut executionem habere potuit, prout non habuit.

Quarto, quando omnia prædicta cessarent, non video quomodo in d. sententia tam ex professo ponderari, & affirmari potuisset, prędictam donationem reuocari non potuisse per secundam particularem donationem, nec per posterius testamentum in contrarium factum, non facta specifica mentione prędictæ donationis postquam litera ipsius donationis absque alia interpretatione contrarium ostendit, vt patet ibi: *Dono donatione mera, pura, simplici, & irreuocabili inter viuos, ac de præsenti, & acceptanti, & tuis successoribus infrascriptis, & sub conditionibus, & qualitatibus infrascriptis, & non aliàs, omnia & singula bona mea iuraque ac nomina vniuersa, nunc, vel in futurum pertinentia, & expectantia, videlicet, quod si te mori contingat liberis superstitibus, tu habeas huiusmodi meam donationem, nisi aliter disposuero ad omnes meas voluntates, saluis tamen infrascriptis retentionibus, sin autem sine liberis te decedere contingat ex legitimo, carnalique matrimonio procreatis, tunc huiusmodi mea vniuersalis donatio ad me, vel quoscumque mihi successores deueniat, eamque deuenire volo, & ad meam totalem dispositionem reuertatur: insuper retineo mihi tercentas libras monetæ Maioricarum, de quibus possim testari, & meas facere omnimodas voluntates, retineo mihi hanc generalem super vniuersis bonis meis meram voluntatem, & liberam dispositionem, videlicet, quod ego quandiu in humanis ero, possim vendere, & distrahere, atque donare quæcumque bona, siue mobilia siue immobilia, eaque gubernare, & tandem habere liberam, & generalem administratio-*

ne:

nem prout mihi videbitur, & insuper retineo mihi plenissimam, & ambulatoriam facultatem, videlicet, quod si huiusmodi donationem in toto, vel in parte reuocare, & corrigere voluero, hoc mihi liceat omni obstaculo cessante per testamentum, vel aliam donationem, seu quamcumque aliam dispositionem mihi quandocumque in futurũ occurrentem, dum tamen de huiusmodi donationis reuocatione, specificam mentionem fecerim, & non alias.

Ponderanda sunt illa verba: *Nisi aliter disposuero ad omnes meas voluntates*, quæ cõditionalem efficiũt totam dispositionem, vt in tantum donatio valeret, in quantum aliter non disponeret. Ea namque est conditionis natura, vt nihil ponat in esse, l. si quis sub conditione, ff. de condit. institutio gloss. Bart. & alij in l. Lucius, ff. de hæred. instit. Dec. consil. 261. col. 2. in fin. Bero. consil. 78. num. 12. volum. 2. & dispositio conditionalis non habet effectum, nisi conditio vere extet, l. cedere diem, ff. de verb. significat. l. qui hæredi, §. fin. ff. de conditio. & demonstrat. & defecta conditione habetur dispositio pro non facta, l. pecuniam, ff. si cert. petat. Petrus Surdus decis. 209. num. 1. 2. & 3. & decis. 210. num. 7. & datum sub vna conditione videtur sub contraria conditione ademptum, l. legatum pure, ff. de adiment. legat, l. quod pure, ff. quando dies legat. cedat, l. aliquando, ff. de conditio. & demonstrat. Petrus Surdus, consil. 143. num. 44. volum. 1 & decis. 7. num. 19. Cum itaque in contrarium disposuerit in suo testamento, idem est ac si dicta donatio facta non fuisset.

Item ponderanda sunt illa verba: *Et insuper retineo mihi plenissimam, & ambulatoriam facultatem videlicet, quód si huiusmodi donationem in totum, vel in partẽ reuocare, & corrigere voluero, hoc mihi liceat omni obstaculo cessante per testamentum, vel aliam donationem seu quancumque aliam dispositionem mihi quandocumque in futurum ocurrentem.* Argumento text. in l.

 seruus

seruus si hæred.ff.de statu liberis, ibi: *Quæ causa facit ambulatoriam vt ita dixerim conditionem.*

Quibus non obstat motiuũ sentẽtiæ Regiæ Audiẽtiæ, in quo totũ fundamentũ ipsius sententię, & partis aduersę consistit, nempe, quod non fuerit reuocata donatio, ex quo de ea expressa mentio facta non fuit, per illa verba in ea apposita, ibi: *Dum tamen de huiusmodi donationis reuocatione specificam mẽtionem fecerint, & non aliàs*, si quidem ea non obstante potuit testator contrariam dispositionem facere, etiam si de donatione recordatus non fuerit, prout in terminis voluit Barbatia, qui melius quàm alius hunc articulum discutit, & ideo videndus, quia pulchre loquitur, & de more plures singularitates adducit, consil. 73. volum. 3. & sic absumptum sententiæ erroneum apparet.

Vltimo Roborantur prædicta, quia ea donatio licet quoad ordinationem inter viuos dici possit, attamen quoad effectum, vim vltimæ voluntatis obtinuit, ac tertiam quandam speciem inter contractum, & vltimam voluntatem constituit argumento text. in l. si filia, §. si pater, ff familiæ erciscund. ibi: *Non videri donationem, sed potius supremi iudicij diuisionem*, vbi diuisio hæreditatis facta â parente inter filios non obtinet vim donationis, sed vltimæ volũtatis, l. fin. C. eod. tit. ibi: *Siue quocũq; modo scriptura*, vbi in quacũq; scriptura pater bona sua diuidat inter filios, ea scriptura vim vltimæ volũtatis obtinebit. Facit, l. parẽtib9, C. de in offic. testam. tx. in auth. quod sine, C. de testam. l. cũ de bonis, C. de donat. l. fin. vbi scribẽtes, C. de pact. Oldrald. cons. 231. circa prin. Ias. cons. 104. n. 2. vol. 4. *Dec.* cõs. 475. n. 23. Paris. cõs. 24. n. 2 eiusdq. vol. 2. Tiraq. qui plures alios adducit de primogen. quæst. 8. n. 2. cum sequent. vbi profitentur maioratus etiam in contractu institutos vim supremi iudicij semper obtinere, & ita etiam voluit Molin. de primog. lib. 1. cap. 12. numer. 1.

cum

cum sequentib. vbi nume. 8. & 9. ad propositum Valdè hęc verba proponit, ibi: *Plures namque contractus inueniuntur, qui reuocari possunt ad libitum vnius ex contrahentibus, non tamen ex eo, quod reuocari poßunt, vltimæ voluntatis naturam sequuntur, sed nihilominus contractus naturam obseruant, quod in contractibus innominatis atque in precario, commodato deposito, & id genus similibus contractibus assiduè videmus, qui quamuis reuocari possint contractus tamen esse non desinunt, quod in l. sicut C. de actio, & obligatio* Bart. Bal. *cæterique scribentes àduertunt, nec tamen morte confirmantur, sed ad hæredis ius ipsorum contractuum reuocandi transfertur, sicut principalibus contrahentibus competebat.*

Ex eo etiā maioratus etiā incōtractu simpliciter instituti vltimæ volūtatis naturā obseruant, quod morte cōfirmātur, atque irreuocabiles perpetuo efficiuntur, omnes nāque donationes, quæ vsque ad mortem reuocari poßunt, morteque confirmantur, vltimæ voluntatis naturam sequuntur, & ea quæ ex similibus contractibus capiuntur, vim relicti obtinere notissimum est. Vnde fatendum est, vel naturam vltimę voluntatis obtinuisse, & consequēter per posterius testamētum reuocari potuisse, per tex. in. §. posteriore Insti. de testamet., vel quādo fateamur contractum inter viuos reuocabilem tamen extitisse, & tunc facultatem reuocandi ad hęredes donātis trāslatam fuisse ex prædictis, & sic quocumque modo res accipiatur, manifestum fiet nullius efficacię prętensam donationem extitisse.

Nec officit dicere, donationem duos tantum testes continere tanquam contractum inter viuos, non autē quinque, prout in vltima volūtate, vel donatione causæ mortis requiritur, siquidem huic oppositioni in specie respondet Molina d. lib. 1. cap. 12. num. 17. ibi: *Nec obstat si dicatur in donatione causa mortis quinque testium solemnitatem requiri, ex decis. l. fin. C. de donation. caus. mort.*

mortis, & ex l. fin. tit. 4. part. quinta. Nam ideo hoc in donatione causa mortis procedit, quia ex dictis iuribus in ea id specificê decisum est, aliàs namque ex regula superius adducta, in ea etiam contrarium dicendum esset, cum hæc testium solemnitas ad ordinationem, non autem ad effectum referenda sit: ideoque hoc in causa mortis donatione speciali ratione statutum ad Hispanorum primogenia adduci non debet, cum hæc inter se in pluribus dissimilia sint, quamuis in aliquibus conueniant, vt notissimum est; sicque ista quotidie intelligi, ac practicari solet. Quę iuncta cum his, quę prius dixerat in eod. c. 12. nume. 11. vbi voluit hanc donationē, nec habere vim contractus inter viuos, nec naturā vltimę volūtatis, sed participare ex vtraque, & quādam tertiā speciem constituere, nullam difficultatem habent, vt patet ibi: *In hac autem re obseruandum erit, quod quamuis ea, quæ ex donatione, quæ morte confirmatur, capiuntur, habeant vim legati relicti, seu fideicommissi, non tamen illud, quod ex his contractibus capitur, poterit dici verè esse legatum, seu relictum, nec fideicommissum, & per consequens, nec etiam hanc esse veram, seu propriam vltimam voluntatem, sed huiusmodi dispositionis tertiam quandam speciem diuersam ab vltima voluntate, legato relicto, seu fideicommisso, atque contractu constituit. Quæ nec vltima voluntas est, quamuis vltimæ volūtatis vim habeat, quo ad confirmationem donationis, & reuocandi potestatem, prout satis eleganter dixit gloss. in dicta l. filia licet, glo. 1. & gloss. in verbo, Adiudicari, quas ibidem communiter scribentes sequuntur gloss. in d. l. fin. §. fin. verbo, Pro hærede; Bart. communiter sequutus, in l. sequens quæst. num. 1. ff. de legat. 2. vbi inquit, quod ea, quæ capiuntur ex donatione reuocabili, quæ morte confirmatur, non dicuntur capi ex vltima voluntate, quia hæ donationes, nec censentur esse donationes inter viuos, nec vltima voluntas, nec legatum, sed tertiam quandam speciem de per se dis-*

tin-

tinctàm, ac separatam constituunt, Bald. in authent. ex testamento, num. 1. C. de collation. Alexand. qui pulchrè loquitur in proposito, cons. 26. num. 4. cum seq. lib. 2. Grego. in l. 4. tit. 11. part. 4. in glos. verb. En su vida, quod comprehenditur, ex text. in d. l. in donationibus. C. ad legem Falcidiam, ibi, quando fideicommissi partibus fungontur, nō enim inquit lex, quòd donationes, quæ morte confirmantur, sint fideicommissa, sed quod fideicommissi partibus funguntur, quod ex omnibus glossis, & scribentibus, quos numero præcedenti citauimus, colligere facillimum erit.

Discussis itaque omnibus promptissimum est instauratoriam impetrari nō potuisse, nec Regiam Audientiā illius virtute causam semel iustissimê decisam tot abhinc annis suscitare, & pauperem Confraternitatem laboribus, & sumptibus fatigare, & multò minus sententiam in eius fauorem iustê latam reuocare, omniaque motiua contrariæ sentētiæ futilia, & erronea esse, ac propterea debere omni iure reuocari, & nullam declarari, & partem aduersam in pœnam calūniæ, & falsi rescripti in omnibus expensis processalibus, & personalibus, vtriusque instantiæ, cum omnibus dānis, & interesse condemnari debere. Salua semper.

